cuſtodia vigilãtes ac deũ in toto cor
de diligẽtes· Tria vo pſuadet eis· pri
mũ ẽ ut de pceptis gr̃ijs ſp deo grãs
agãt· ſcdm ẽ ut pctores nõ deſpiciãt
ſʒ potiꝰ ipis p cõpaſſionẽ aſſiſtãt· ter
ciũ ẽ ut in v̄tutũ ac bonoꝝ opm pfcu
vſʒ i finẽ pſeuerãtes exiſtãt· Quar
tus fluuiꝰ appellat̃ eufrates q̃ inťp
tat̃ frugifer et iſte circuit caldeos ſi
cut dr̃ in hiſtorijs· Caldei vo inťptãt̃
mamille vel fere vel demões· Signi
ficat igit̃ fluuius iſte iſtructionẽ btẽ
marie q̃ frugẽ et̃ne vite· i· ihm xp̄m
attulit huic mũdo· Circuit ãt fluuiꝰ
iſte diuites et habũdãtes in hoc ſclo
q̃ deberẽt eẽ mamille paupm· i· cõſo
latoẽs et nutritoẽs eoꝝ· licʒ hodie p
ipietatẽ conuũſi ſint in crudeles feras
et demões infernales· Circuit inq̃ꝫ be
ata v̄go diuites in tbʒ eos erudiens
Primũ ẽ ut in oĩ felicitate huiꝰ ſecu
li ſemp deũ timeãt et p̄ oculis hẽant
Scdm ẽ ut nichil p iniuſticiã cõq̃rãt
vel poſſideãt· Terciũ ẽ ut ſemp pieta
tem et miaʒ paupibʒ exhibeãt· Hec
eñ tria marie a diuitibʒ req̃rũt̃· Ro
gate ergo btãm mariã ut p eam ſic
nũc in huiꝰ mundi exilio reficiamur
ut tãdẽ in pr̃ia claritatẽ vultꝰ eius
aſpicẽ meamur· Qd nobis pſtare·

¶ Item in natiuitate btẽ marie v̄gis
Oriet̃ ſtella ex iacob· nũi xxiiij·
Notãdũ ẽ q ſtella illa cuiꝰ or
tũ ille gẽtilis vir balaã pnũciauit·
ẽ btã virgo maria· Propter qd̃ duo
pñcipalit̃ ſũt hic notanda Primũ ẽ
quare btã v̄go ſtelle cõpetur Secũ
dũ ẽ cui ſtelle cõueniẽtius adaptet̃·
¶ De pmo nota q btã maria ſtelle
cõparat̃ ꝓpter ſex ſtellarũ ꝓprietã
tes que concurrunt in ipa· Primo igi
tur ſicut p ſtellas nox illumiãt̃· ita
eciã p btãm v̄ginẽ tota eccia eſt illu
ſtrata· Vñ quilibʒ xpianꝰ dʒ dicere
de btã virgine hoc qd̃ dr̃ ſapiẽtie· vij
Sup ſalutẽ et ſpeciẽ dilexi eã ideſt
mariã· et ꝓpoſui p luce hr̃e illã· qm̃
inextĩguibile ẽ lumẽ illiꝰ· Multũ di
ligenda ẽ btã virgo a quolibet xp̄ia
no ꝓpt̃ hoc q ẽ inextinguibile lumẽ
eius Nũq̃ꝫ eñ aliquis intãtũ peccat
ſi vult p verã pniaʒ recurrere ad ip
ſam qn ipa ſit ſtatĩ q̃ſi lucerna pedi
bus ſuis et reducat eum in viã ſalu
tis et̃ne· Scdo ſtellarũ nã magne
mundicie indicat̃· Sic eciã btã v̄go
mundiſſime nature fuit· Vnde dr̃ de
ea ſapi· vij· Attingit vbiq̃ꝫ ꝓpt̃ ſuã
mundiciã et eſt emanacõ quedã cla
ritatis diuine ſincera· Ideo nichil co
inquinatũ in illã incurrit· Vñ dr̃ q
mũdicia btẽ virginis attĩgit vbiq̃ꝫ
Attigit eñ patrẽ et filiũ et ſpm̃ ſcm̃
Patrẽ attigit ex ſinu ſuo accipiẽs fi
liũ ſuũ vnigenitũ· filiũ attigit eundẽ
recipiens in vterũ ſuũ· attigit et ſpi
ritũ ſcm̃ quẽ habuit i diuine cõcepcõ
nis adiutoriũ· Et vere btã v̄go ma
ria munda fuit· Fuit eñ claritatis
oĩpotentis dei ſincera emanacio· Ip
ſa ab inicõ et añ ſecula emanauit a
deo qr ad hoc ut fieret mater filij dei
pdeſtinata fuit ab et̃no· et ideo nich
il coinquinatũ potuit intrare in illã
Decuit eñ ut illa q̃ futura erat mr̃
dei ut ſancta eſſet et immaculata·
Qr autem beata virgo ab eterno p
ordinata fuerit in matrem dei ipſa
proteſtatur prouerbioꝝ· viij· vbi dr̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dñs poſſedit me inicō viaꝝ ſuaꝝ
añq̄ quicq̄ faceret a pꝛīcipio ab et̄
no ordinata ſum Tercō q̄libet ſtella
maioꝛ ē q̄ eſſe videat̄ Jta eciā beata
v̄go licet magni meriti eſſet apd̄ deū
ꝑ hūilitatē tñ ꝑua erat apd̄ ſemetip
ſam. Vñ legit̄ lu. i. Qz cū āgelꝰ dixiſ
ſet. Aue grā pleā dñs tecū. bñ. tu in
mu. Jpa hec audiēs ſua d̄te hūilita
te turbata ē. q. d. Ego ñ ſū digna q̄
ſim vel dicar grā plena et q̄ dñs ſit
mecū. et q̄ appeller inter mulieres
bñdicta. Hinc eciā cum angelus poſt
modū inſinuaret ei q̄ conceptura et
paritura eſſet dei filiū ipa tñ ab hu
militate ſua nō receſſit. ſed cū ange
lus oēm legacōnem ſuā adimpleſſet
reſpōdit ei. Ecce āncilla dñi dicit. Nō
d̄t. Ecce ſpōſa pr̄is. ecce mater filij.
ecce ſacrariū ſpūſſā. Qd̄ ſi dixiſſꝫ mē
tita nō fuiſſet. Debemus eciā et nos
imitari hūilitatē bt̄e marie ut videlꝫ
ꝑ hūilitatē ꝑui ſimꝰ in oculis nr̄is et
ſic magni erimꝰ in oculis dei. Vñ dix
it ſamuel ad ſaulē. i. R. xv. Nōne cū
ꝑuulus eſſes in oculis tuis caput in
tribubꝫ iſrahel fcūs es. vnxitqꝫ te de
us in regē ſup iſrahel. q. d. Olim cū
ꝑuulus eras in oculis tuis magnus
fuiſti in oculis dñi. Nūc aūt cū mag
nus es in oculis tuis ꝑuꝰ es ī oculis
dñi. ꝓpt̄ qd̄ eciā ſubiungit. abiecit te
dñs ne ſis rex. Quarto ex ordinato
motu ſtellarū dulcis armonia ſuſci
tat̄ licet a nobis nō audiat̄ Jta eciā
btā v̄go dulcē armoniā deuote lau
dis effudit in aures dñi q̄ndo grās
egit ei ſup bñficijs ab eo ſuſceptis.
Ait em̄. Magnificat anima mea do
minū. ⁊ exul. ſpi. me. ⁊c̄. que ſequūt̄

Similit̄ et nos ꝑ ſingulis bñficijs
a deo ſuſceptis debemus ei referre
magnificas laudes ⁊ deuotas grāꝝ
actiones et ſic dulcē armoniā ſuſci
tabimus auribus ſue benignitatis.
Sic em̄ ꝓuocabitur q̄ plura nobis
miſericordiaꝝ ſuaꝝ munera largie
tur. Vñ monet nos ecc̄ꝰ. xliij. Bñdi
centes dñm exaltate illū quātū pote
ſtis maior ē em̄ oī laude exaltate eū
et replemini v̄tute. q. d. Si exaltaue
tis eū grās ei referēdo āplioribꝫ v̄tu
tū donis vos adīplebit. Hinc eciā b̄e
bernar. Diſce in agēdo grās non eſſe
tardus aut ſegnis. ingratitudo em̄
ē ventus vrēs exſiccās fontē mīe ⁊ ro
rem pietatis. Quinto ſtella in effuſi
one radioꝝ ſuoꝝ non corrūpit̄ ꝗ vio
lat̄. Sic et btā v̄go in natiuitate dei
filij nō ē corrupta. ſꝫ quē v̄go cōcepit
⁊ quē v̄go in vtero portauit hūc eciā
v̄go ꝑpit. et pꝰ partū inuiolata ac
ſemp v̄go ꝑmāſit. Vnde cantat̄ in ſe
quēcia letabūdꝰ. ſicut ſidꝰ radiū ꝓ
fert v̄go filiū pari forma. Neqꝫ ſidꝰ
radio neqꝫ mater filio fit corrupta.
Nos eciā cauere debemus ne dyaꝰ ſi
dē nr̄am corrūpat. Vñ d̄t aplūs ad
choꝛ. ij. xi. Timeo ne ſicut ſerpēs ſe
duxit euā aſtucia ſua. ita corrūpāt̄
ſenſus vrī et excidāt a ſimplicitate
ſcꝫ fidei q̄ ē in xp̄o ihū. Multoꝝ hodie
fides corrupta ē et marie mulieꝝ in
q̄bꝫ ꝑ incātacōnes et ſortilegia ⁊ pre
ſtigia ac medicamīa m̄ltiphaꝛia in
q̄bus cōfidūt ſimplicitas et puritas
xp̄iane fidei plus eciā q̄ dici pt̄ ē cor
rupta. Jpe em̄ cū ſint filie eue mrēm
ſuā imitātes fidē ſuā ꝑ m̄lta ēē incre
dibilia corrūpi ꝑmittūt. Nec eē dyaꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aīas nr̄as ꝑ pc̄ca corrūpat mādatā
dn̄i cuſtodire debemꝰ· Vn̄ dꝛ ſapi· vi
Cuſtodiō legū ꝯſūmaciō ē incorrup
ciōis· incorruptio āt fāt eſſe ꝓxim deo
Sexto ſtella celo īſepabilit̄ ē īfixa·
nec ab eo ſepat̄· Sic eciā btā vgo in
oībus pſecuciōibꝫ et tꝛibulaciōibꝫ q̄ ad
uenerūt filio non ſepauit ſe ab ipō·
Ipa quippe magnā paupꝑtatē paſſa
eſt cū filio apud bethleem in diuſoio
Vn̄ dꝛ lu· ij· Et cū eſſꝫ in bethleem cē
ſū capitis ſui ſolutura ipleti ſūt dies
eius ut pareret ⁊ ꝑpit filiū ſuū pri
mogenitū et pānis eū inuoluit et re
clinauit in ꝑſepio ꝙ nō erat ei aliꝰ
locus in diuſorio· Ipa eciā cum filio
paſſa fuit exiliū vij ānis in egipto·
Vn̄ dꝛ mathi· ij· ꝙ ioſeph nocte con
ſurgens accepit puerꝫ ⁊ matrē eius
et ſucceſſit in egiptū et erat ibi vſqꝫ
ad obitū herodis· Nichiloꝰ btā vgo
dolorē incōpabilē ſuſtinuit cum filio
ſtans ſub crucis patibulo· Vn̄ ioh̄·
qui hoc vidit dt xix· caꝰ· Cū vidiſſet
ih̄us mrēm dt mrī ſue· Mulier ecce fi
lius tuus· q· d· vide attēde et ꝯſidera
quanta tormēta patit̄ filius tuus· ⁊
ꝑ hec verba quodāmō dolores mr̄is
augmētauit· Nos eciā redēptorē no
ſtrū diligē debemꝰ ipīqꝫ inſepabilit̄
adherere· Vn̄ dt aplūs ad ro· viij·
Quis ſepabit nos a caritate xpī? tri
bulaciō· an anguſtia· an fames· an
nuditas· an pſecuciō· an piculum· an
gladius? ¶ De ſcd̄o nota ꝙ btā vir
go duabꝫ ſtellis ꝯuenientiꝰ aſſimu
lat̄ videlicet ſtelle matutine et ſtel-
le marine· Primo itaqꝫ ꝯpat̄ ſtelle
matutine· Vn̄ dt eccle· l· q̄ſi ſtella ma
tutina in medio nebule· ſic ipā efful
ſit in tēplo dei· Diſſipauit eīm btā v-
go in ortu ſuo nebulam triſticie q̄ ob
texerat oīs fideles aduētū xpī cum
magno deſiderio ꝑſtolātes Oīs eīm
illi qbꝫ reuelatū fuit in ſpū ꝙ illa q̄
erat mr̄ dei futura iā eſſet nata mirā
bilit̄ nimiꝫ poterāt exultare· Vn̄ ec
ecc̄a filios ſuos hodie inuitat ad gau
diū ita canens· Cū iocunditate nati
uitatem btē marie celebremꝰ ut ipā
ꝓ nobis intcedat ad dn̄m ih̄m xp̄m
Et nota ꝙ btā vgo ſtelle matutine
que alio noīe venus vel lucifer appel
latur ꝓpt̄ quinqꝫ ꝯpat̄· Primo eīm
ſicut lucifer diē et ortū ſolis immedi
ate precedit· ita et btā virgo maria
dei filiū qui verus ē dies et ſol etnus
corꝑali introitu ꝑceſſit in mūdū ꝑm
mo et ipā verꝫ diē et ſolē etnū· i· dei fi
liū ꝓfugatis tenebris ꝑduxit in hūc
mūdū· ꝓpt̄ qd̄ cantamꝰ de ea· Felix nā
qꝫ es ſacra vgo maria ⁊ oī lau· dig·
qꝛ ex te oꝛ· ē ſol iuſticie xp̄c de· nr̄· De
die eciā quē hec ſtella ꝓduxit ī orbē
dꝛ in ps· Melius ē dies vna in atri-
is tuis ſup milia· In atrijs q̄ppe mi
litātis ecc̄e ſolꝰ xp̄c melioꝛ ē q̄m ſine
multa milia aliorꝫ iuſtorꝫ· Vnde et
ſpōſa cāt· v· dt ꝙ ex milibꝫ ē electꝰ
Scd̄o ſicut ſtella matutina· i· venꝰ
calida ē et hūida· ſic et btā virgo fi
delit̄ inuocata ꝯfert calorē pulchre
dilcōis· De pmo dt eccle· xxiiij· Ego
inquit mater pulchre dilcōis De ſe
cūdo dt ibidē· Ego ſicut aqueductus
exiui a padiſo· dixi rigabo ortū plan
tacionū et inebriabo partus mei fru
ctū· Ortus plātacionū ē ſancta ecc̄ia
in qua plante fideliū hoīm ſūt plan
tate· Has aūt plantas ut eo meliꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

proficiat tirrigat aquis graciarum
quas excipiens a xp̄o tranſmittit
omnibus fideliter ipſam inuocanti-
bus· Et eciam quandoqꝫ tam copi-
oſe trāſmittit aquā deuocōis ī corde
ſuoꝝ aīoꝝ ꝙ iebriātˀ· i· ꝙ oīm miſe
riaꝝ ſuaꝝ ad tēpꝰ peritꝰ obliuiſcūtˀ·
Vtinā illa pia vgo ſic nos aliqñ ine
briare dignetˀ· Tercio ſicut lucifer ſp
ſolē comitatˀ et tūc qñ ſolē ſequitˀ veſ
pus appellatˀ· Ita et btā vgo veſtigi
a filij degentis in carne continue ſeq̄
batˀ· ipm̄ quoqꝫ nō reliq̄t cū aſcēdiſſꝫ
in celū· Vñ dˀt ieōꝰ in quodā tracta
tu de aſſūpcōe btē marie· Si xp̄c ab
oībꝫ ē amādus et ex toto corde et ex
tota aīa atqꝫ ex tota vtute q̄rēdus
marie tñ ab ea ardentiꝰ auꝰ et dñs
erat et filiꝰ· Fortaſſis ergo p̄ nimio
amore ī loco quo ſepultꝰ dˀr incōdū eā
habitaſſe credimꝰ quatenus amor
pijs paſceretˀ obtutibus· Hic nāqꝫ
locus habitacōis eius mediꝰ ē hinc
inde cōſtitutus ut adire poſſit aſcēſio
nis eius veſtigia et locū ſepulture ac
reſurrectionis ſeu oīa in q̄bꝫ paſſus
ē loca inuiſere nō ꝙ iam viuētē que
reret cū mortuis ſed ut ſuis cōſolare
tur aſpectibꝫ Hoc quippe agit ipati
ens amor ut quē deſideāt ſemp inuei
re ſe credat· Quarto ſicut lucifer· i·
ſtella matutina plus fulget intˀ oīa
ſidera ſic eciā btā maia plus rutilat
in glā ꝙ aliq̄s āgelus vel eciā aliq̄s
ſcūs· Vñ dˀr de ea ſapi· vij· Hec ē ſpe
cioſior ſole et ſup oēm ſtellaꝝ diſpo
ſitionē luci cōpata inuenitˀ pˀor· Sol
igitˀ ⁊ oīm aſtroꝝ ſubcelеſtiū ſplēdo
rē excedit claritas vginis intemerate
immo dˀt ter· Vt ipā celeſtis patrie

clariꝰ rutilat vginee lāpadis irradi
ata fulgore· Ipē eciam lucifer in ſuo
ſplēdore colorē hꝫ gaudētē· Ita eciā
btā maria oīs exhilarat q̄ eā intue
ri merētˀ Quinto ſicut in circulo vene
ris teſte marciano oīs dicūtˀ cōſiſte
re voluptates· Ita eciā btā maia in
circulo intemerati vteri ſui illū q̄ eſt
voluptas et gaudiū oīm btōꝝ nouē
mēſibus continuit et hoſpitata fuit
Vñ cātatˀ in R· Continet in gremio
celū terrāqꝫ regētē vgo dei genitrix
In circulo eciā illo in quē trāſlata ē
btā virgo cōſiſtit ille qui ē fons oīm
voluptatū ⁊ q̄ torrētē voluptatis ſue
potat electos· Eſt enī btā vgo ſuper
oīs āgeloꝝ ordines exaltata ſicut
de ea cōſiderer canit eccā· poſituſqꝫ ē
thronus eius iuxta thronū ſereniſſi
mi filij ſui ihū xp̄i· Vñ dˀt ieōniꝰ· Et
ſi in domo pr̄is māſiones multe ſūt·
credimꝰ ſplēdidiorē māſionē mrī fili
um pſtitiſſe· ¶ Dicitˀ eciā btā maria
ſtella maina hoc teſtatˀ vniūſa eccā
que ſic canit in quadā ſequēcia· Aue
p̄clara mais ſtella in lucē gēc Canit
eciam in ymno· Aue maris ſtella gē
Cōpatˀ aūt ſtelle maris ad minus
ꝓpē duo Primo ꝙ p eā oīs nauta di
rigitˀ· Scdo ꝙ cū in tēpeſtatibꝫ mi
rabilitˀ inuenitˀ Primo enī ſicut vſus
ſtellam illam que ſtella maris voca
tur ſemper naute portum et viam cō
ſiderant nauigandi· ſic eciam beata
virgo nobis in mari huius mundi
conſtitutis oſtendit viam nauigan
di et portum celi· Vnde et ipā dicit in
eccle· xxiiij Trāſite ad me oēs q̄ con
cupiſcitis me· et a generacōībꝫ meis
adīplemi· Hec ſtella inuitat nos ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bonū hoſpiciū· ꝑmittit em̄ nobis ꝗ
nos ꝑ gnācionē ſuā·i·ꝑ dilectū filiū
iḣm xp̄m cū gaudio nos iplebit· Oſtē
dit nobis eciā hec ſtella viā q̄ ducit
ad portā padiſi ita dicēs in pſ·xxxiij
Venite filij audite me timorē dn̄i do
cebo vos·q·d·hec ē via ad portā pa
diſi timor dn̄i· Vn̄ dr̄ ecc̄ꝰ·i· Timor
delectabit cor et dabit leticiā et gau
diū in lōgitudie dieꝝ· Timenti dn̄m
bn̄ erit in extremis· Sc̄do nota ꝗ
legit̄ de ſtella maris ꝗ videlicȝ in tē
peſtate qn̄ celū nubibus ē obuolutū
⁊ nō p̄t videri ſtella mais· tūc naute
acū accipientes ꝓiciunt in peluim in
quā ē aqua· accipiūt eciā magnetē
ꝑ quē acus iacēs in pelui circūducit̄
et circūagitat̄· Acu vero ſic circūdu
cta ſubtrahūt magnetē et tunc acus
acumine ſuo dirigit ſe cōtra ſtellam
mais ⁊ ſic naute ꝓcedūt quorſū ſita
ſit ſtella mais et ſequūt̄ eā· Hec op
time pn̄t exponi de v̄gie maia· Nota
igit̄ ꝗ tūc veriſſime tēpeſtas ē in aīa
et tūc celū nubibꝫ obducit̄· cū ꝑ pc̄ca
et dei et bt̄e virginis grā a miſeris
pc̄coribꝫ amittit̄· Quid aūt faciēdū
eſt pc̄coribꝫ ut recupent grām m̄ris
mie? Certe nc̄ce ē ut accipiāt acū per
quā pn̄ia figurat̄ qꝛ ꝑ pn̄iaȝ ſicut ꝑ
acū veſtis innocēcie q̄ ꝑ pc̄cm dirup
ta eſt reſuit̄ et repat̄· Hec aūt acus
videlicet cōtricō vel pn̄ia dꝫ in corde ꝑ
magnetē circūduci· Per magnetem
vō timor eterne dāpnacōis et diui
ne ſeueritatis intelligit̄· Iſte em̄ ti
mor trahit ad ſe ferrū·i· ferreos pec
catores· Subducto vero hoc lapide
ideſt alleuiato timore ꝑ ſpem venie
conuertit ſe acus ideſt pn̄ia ad ma

trē miſericordie ideſt pc̄cor fiducialit̄
incipit pn̄iam agē ꝓ eo ꝗ credit et
ſperat mariā mrēm mie penitētē nō
abicere ymmo paratā eſſe ꝓ reis ſem
ꝑ intercedere· Pn̄iam igit̄ agētes du
ctu huiꝰ ſtelle ideſt ducatu v̄ginis ꝓ
picie ꝑueniūt ad portas ſalutis etne
Rogemus ergo kmi hāc glōſam ſtel
lā ut nobis in pn̄tis exilij pegrinacō
ne conſtitutis ſic radios ſue pietatis
trāſmittat ut radioꝝ ipiꝰ ducatu qli
bet nrm̄ in pn̄iam ꝑpetue felicitatis
ꝑueniat· Qd̄ nobis p̄ſtare dignet̄·
¶ In exaltacōne ſancte crucis
Ego ſi exaltatus fuero a terra
oīa trahā ad meipm̄·iohis·xij
Quia hodie feſtū agit̄ exaltacōis
ſcē crucis· ꝓpterea legit̄ euāgeliū in
quo dn̄s mētionē facit qualit̄ ipe ex
altatus fuit in cruce· ¶ Vn̄ tria ſūt
hic notāda· Primū ē quid ꝑ exalta
tionē dn̄i paterer intelligat̄· Sc̄dm
ē ꝑ quid exaltacō dn̄i figuralit̄ expri
mat̄· Terciū ē ꝑ quid ad ipm̄ oīs hō
trahat̄· ¶ De p̄mo nō ꝗ ꝑ exaltacō
nē a t̄ra intelligit̄ crucifixio iħu xp̄i
De hac exaltacōe idē dn̄s dr̄ io·viij·
Cū exaltaueritis filiū hoīs tunc cog
noſcetis qꝛ ego ſū· Hec v̄ba ſic expo
ne· Cū exaltaueritis ideſt cū crucifix
eritis me filiū hoīs·i· maie v̄gīs tūc
cognoſcetis·i· aliqui ex vobis cogno
ſcēt qꝛ ego ſū ſcȝ filius dei· Vn̄ dicit
mar·xv· Qꝛ dn̄o mortuo in cruce cē
turio qui ex adūſo ſtabat ait· Vere
hic hō filiꝰ dei erat· Dicit eciā lu·xxiij
Qꝛ oīs turba eoꝝ qui ſimul aderāt
ad ſpectaculū illud et videbant que
fiebāt ꝑcutiētes pectora ſua reūtebā
tur q̄ſi ꝑ hoc innuerēt ꝗ male actum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf